



Quodammodo etiam de
alio quodammodo





BIBLIOTEKA  POZNAŃ
64 00
INKONABURY

Brevallies

06

Philippi Beroaldi de fe
licitate opusculum.





W woluminie kolejno współprawne sygnatury:

SD 10662 II

SD 10663 II

Inc. 64

SD 10664 II

SD 10665 II

DRACONS CARMINA ET
ALIA OPUSCULA

100

התל שוב
עין של יער
בשרהסין

דף

עני קודם
נולדו היה
תמוני ש
לחם כ
זה לו היה
תסרו יז
יעו יועם
יוע יה
השמע ז
סיוע
ק שני
עלוח רעק
שועלח
לשם
הקצים
לוח רעק
יו טעין

Orationes et
Carmina

1502

H. M. 88728
N. 4398708

ד' חטת
סוף הלב
ה' אלקי
ויי
אלו היה
דיו מיוש
יסוד כתב
יו עיר וע
תה או כה
דעט לוגיו
מר ועמ
מירוח
רת דות
מע סוף
פודת ולו
אלו גור
לא דבר
סס סהרה
און חוון
לא עבר

ס הויוול וי
אוב סען ח
טט מעול
אוב גזול ויה
זה לבית ז
סד השתול
סיפא ויוס
קתנע ויביז
נינעה הוי
ק לן רכיו ל
עורך הויו
סירחיו הו
תפן מיוווי
שוליו ליע
גיוט חו סו
היו וידת
התנעין כס
היווויק
סוב ויול
תפן יוין י
ולתן ויה

Philippi Beroaldi de fe
licitate opusculum.



Library of the
University of Michigan

~~234 242. II~~



1188751(s)

SD 10663 II

AD ILLVSTREM MARCHIONEM IACO
BVM BADENSEM PHILIPPI BERO,
ALDI BONONIENSIS EPISTOLA.

SOLEO ipse mecum Illustris Marchio cum primis ad
mirari iuuenes illos: qui nobilitate splendentes: opib;
bus pollentes: in gremio luxuriatis fortunæ molliter
educati litteras tñ nō aspernātur: Nec eruditos: erudi
torumq; cōsuetudinē fastidiēter illudūt: Adeo bona mens bona
q; fortuna rarēter copulātur: quotus. n. quisq; ex globo nobilio
rum eloquētia studet: quotus quisq; aut eruditus est aut eruditi
onis affectator: Econtrario cōpluscus uideas: De opulentiorib;
bus loquor: qui ubi occeperint adolescēturie Se totos dedāt bel
luis uoluptatibus: qbus litteratoriū gymnasiū carcer ē: Doctri
na supplicium: qui spretores sunt studioꝝ: otores studiosoꝝ: Tu
uero Clarissime Iacobe in amplissimis fortunarū bonis positus i
peratorio stemate prefulgēs: inter opes principales indulgenter
enutritus iuuenis imo adolescens adhuc: Studia litterarū sitienter
amplexaris. Doctos foues. Dasq; iugiter operā: ut Nataliū tuoz
splendor eruditioe magis magisq; illustretur: uenisti non pridem
una cū duobus clarissimis fratribus ad Gymnasiū hoc nrm: ut in
genium ingenuis disciplinis excoleres ordinēq; scholasticoz im
mo ipsum ut uerius loquar gymnasiū exornares: Nam cū ceteri
serme scholastici ex gymnasio litterario ornāmēta querere sole
ant: tu ipsi gymnasio maximo es ornāmēto honestamētoq;. De
gis hic nitide & magnificēter famulicio copioso: comitatu decen
tissimo: cultu splēdidissimo monstrabilis: Adeo ut nullus annos
abhinc plurimos fuerit in ordine scholasticoz te uno magnificē
tior illustriorq;. Agis prorsus principē Maximiq; principis filiū:
Nihil prorsus degenerās a claritudine nataliū. Tibi pater ē Illu
strissimus Marchio Badensis Christophorus Augustissimi Ro
manoz imperatoris Federici tertii ex sorore nepos: qui animi
magnitudine uirtutisq; prestātia ceteris totius Germaniæ prin
cipibus haud dubie antecellit: Sine quo nihil memorabile per ho
sce annos ab Inclytissimo Maximiliano gestū ē: Cui ducatus bel
lici primæ partes cōsensu germanoz deferuntur: Apud quos for
tissimi principis nomē meritissimo assecutus ē. Quid memorē

Laus
Marchi
onis Ia
cobi

Laus
Marchi
onis pa
tris

Laus
familie
Badensis

Proprietas
Marchionis
Maximiliano

profapia tuae Badensis uerustate? In qua copulsculi reg' gellaru claritudine fulserunt. in qua Archiepiscopi non pauci floruerunt: quos Romani Imperatoris electores primarios legitimosque extitisse nemo non nouit. Quid referam Ciuitate Badensem: In qua badensis familia diutissime est dominata: Incluta famigerataque cetera feri inter latissimae germaniae Ciuitates: quae haud longe a Rhe no inter amnes memoratissimo sita Duarum arcium munitioibus prope inexpugnabilis conspicitur: Vbi thermae sunt salutaris: Vbi inscriptio uetustissima litteris iam senio exolescentibus indicio est Antoninum Romanum Imperatorem illius uerbis conditorum extitisse. Illud silenter preterire nec uolo nec possu: Te mi Iacobe transmoranorum Nobilissime Nexu sanguinis ac necessitudinis arctissimo coherere sacratissimo imperatori Maximiliano: quod uel notum esse tantum non summus est honor. Hec stemmata tam clara: tam splendida non te insolentem reddunt ut multos: Sed comem affabilemque praestant ut paucos: sitientemque literaturae istius politioris: Cuius nos iam pridem sumus professores. Et cum domi habeas eruditos uoluisti tamen nostrae: quantulacumque est: eruditionis gustum libametaque attingere: Voluisti ut domus tua noua quasi quaedam me ductore ac Doctore academia efficeretur: In qua quotidie resonat aliquid dignum memoratu. Ex quo effectum est: ut te monitore dissertatione quampiam publico a me auditorio de felicitate porata redegerim in libellum: quem in praesentia tibi Illustris Marchio Iacobe nuncupatim dedico: tuoque sub noie conditum de promo. libellus est concinna breuitate cohibilis: & reg' uarietate ut opinor non penitendus. Ut autem meus erga te amor ac obseruantia fieret testatior uulgatiorque: Eum impressoribus tradidi imprimendum a quibus in mille exemplaria transcriptus Nomen tuum meumque latissimae me circumferat. Quicquid id est quantulacumque est quaelo hilario uultu & serena fronte suscipias: munusculum est chartaceum Et oppido pusillum: Sed quo princeps ab homine litterato pretiosius accipere non possit. Diu faxint ut id sit perpetuum meae erga te obseruantiae monumentum. Vale uir clarissime: & me qui tibi mancipatus sum: In numerum tuorum ascribito.

VALE.

ORATIO PHILIPPI BEROALDI BONO
NIENSIS DE FELICITATE HABITA
IN ENARRATIONE GEORGICON
VIRGILII ET COLVMELLAE.



AGNA res ē uiri ornatissimi: & omnibus horis om-
nium uotis expetita felicitas: huc tēdūt cunctoz̄ iuora
mortaliū: hec ē summa curaz̄: hec ē summa rez̄ expe-
tendaz̄: felicitate terminātur nra desideria. Cui felici-
tas adest: huic nihil prorsus deest. Inueniūtur qui regna nō optēt
qui uero felicitatē repudiet nullus existit: Nemo. n. non felix esse
uult: Nemo nō felicitatē summū bonoz̄ eē cōsentit. Quo circa
de felicitate humana tanq̄ de re rez̄ oīum maxime expetibili ma-
ximēq̄ expetēda hodierno die dissertare cōstitui: Et i hac disserta-
tiōe Ex latissimo pratoz̄ uīrore flosculos nō paucos hinc inde de-
cerpere: Quoq̄ odoratu olfactātes recreent. Audiui olim ecclesi-
asticos cōtionatores: nō parua i ecclesia existimatiōis super felici-
tate cōcionantes. Sed tā iplicata tā spinosa: tā incōdite crāt: q̄ dice-
bātur: ut i predicāda felicitate ifelices fuisse merito iudicarentur.
Nos ista lucide dicemus: & historica fide tractabimus partim ora-
torio partim philosophico more: Memorātes exēpla ad felicitas
tem pertinētia: & uetoz̄ phoz̄ sentētias nō incuriose pensitātes:
Sed ne longiori quā par sit exordio uos morer iā rem ppositā in-
grediemur. Et de felicitate uerbis opinor nō ifelicitibus latialiter
disputabimus: qd̄ dū a me fit uos q̄so diligēter attēdite: nec minus
auribus q̄ ais uerba perpendite. Dicturi de felicitate hodierna
narratiōe. Primū finiamus quid sit ipsa felicitas: Cuncta. n. p fini-
tionē apertiora fiunt ac magis colliquescūt. Est itaq̄ felicitas: ut i
qui Augustinus in quinto de ci. dei omniū rerum optandarum
plenitudo: uel ut ait Boetius in tertio consolationis: Beatitudo
est status omnium bonorum congregatione perfectus: Aristotes-
les in primo ethycoreum decernit felicitatem esse finem rerum ex-
petendarum: Cetera propter felicitatem expeti: felicitatem uero
propter se ipsam: sed de hac felicitate: quæ nam ea sit dissentiunt
nec uulgus sapientēque concordant: Immo nec ipsi philosophi
inter se conueniunt.

Disputantes enim de finibus bonorum: & malorum uas

Disini-
tio felis-
citas

Finis
bonorū
uestigā
dus
Indolē
tia

rias sentētiās pdiderunt: Cōstituto autē fine bonorū constituta sunt omnia: Hunc ergo curiosius disquiramus: Quibusdā nihil bonū nisi uoluptatē esse placet: ut epicureis: quibusdā nihil bonum nisi honestum: ut stoicis. Hieronymus summū bonū esse autumat uacuitatem siue indolentiā: quæ græco uocabulo ἀπαλθησιā nūcupatur: Carneades academicus nihil bonū esse censebat nisi prima naturā: hoc ē sanitatē robur. pulchritudinem: Et alia id genus. Dinomachus & Calipho uoluptatē Cum honestate dixerunt esse summum bonum.

uoluptas in quo colitur

Diódorus indolentiam honestati copulauit. Alii in gloria alii in diuitiis: alii in potētia summū bonū ipsāq; felicitatē collocauerūt. quidam in ocio: non pauci in uita rusticana. Academicus uero idēst platonici: & peripatetici idēst aristotelici: qui p̄horū haud dubie nobilissimi sunt: tria genera bonorū esse tradiderūt: Ex quibus felicitas perficeretur Prima animi bona ut uirtutes: Secunda corporis ut ualitudinē: & pulchritudinē. Tertia externa q̄ fortunæ ascribuntur: ut diuitias & honores. Nunc uideamus ex his quid sit uerius nobiliora fauorabilioraq; haud quā somniculose pensitantes trutinantesue. Ecclesiastici doctores summū bonum esse dixerunt uitam eternā: summū malū mortē eternā: Sed nos in presentia de humana felicitate disseramus: quæ ut inquit Aristoteles donū ē deorum: ad quam cuncti mortales peruenire discupunt: quāuis diuerso tramite procedant: Et quamuis uariæ dissidētēsq; sentētiæ sint: tamen omnes in diligēdo boni fine hoc est felicitate consentiunt.

Triage
nera
bonorū
*A Deo Triage
u. a bonis nō
uoluptas dicitur*

Felici
tas do
num de
orum

An uoluptas sit summa felicitas.

Volu
ptas
Aristip
pi
Senten
tia
Exdoxi
do uolu
ptate
Snia

Aristippus ut hinc exordiamur cōditor sectæ cyrenaicæ uoluptatē statuit esse sūmū bonum: Et ita uoluptate metitur ipsam felicitatem: In hāc sentētiā agminatim pedibus eūt docti pariter & idiotæ. Et. n. mortales eo cōcurrūt: ut inquit uerissime Seneca: ubi audiāt laudari uoluptatē: nec fortassis immerito. Nā si telte Aristotele id bonū ē quod oīa appetūt: oīa autem appetūt uoluptatē effici uidetur: ut uoluptas sit id bonū. Eudoxus quoq; p̄bus astrologiaq; consultissimus ac Platonis oppido quam familiaris: de quo Lucanus.
Nec meus Eudoxi uinceretur fallibus annus:
Voluptatē ex eo summū bonū esse putabat: quia cernebat ratio

nalia irrationaliaq; uniuersa uoluptatē affectare: Huius autem Eudoxi
 rationes pbabiles uidebantur ob ipsius hominis modestiā ac p^o us de
 bitatē: Non enim ut uoluptatis amicus uoluptatē asserere crede^o uolui
 batur. Sed quia res uere ita se haberet: Nec minus manifestū hoc prate
 esse ex cōtrario censebat: Et. n. cū cōtrariorum cōtraria sint cōse^o Contra
 quētia: Si dolor ē iquit per se omnibus fugiendus: tāquā summū riorum
 malū: ita uoluptas oibus erit expetēda tāquā summū bonū. Hęc contras
 omnia manarūt ex schola Epicuri philosophi uoluptarii: qui in rīa cōse
 uoluptate sūmum bonum felicitatēq; constituebat: Habet hęc se quētia.
 cta sectatores pene ifinitos: quorum ut iquit Apostolus Deus uē Epicu
 ter: & que sub uentre sunt Hinc Philoxenus summū bonū collo^o rus uo
 cans i uoluptate gustatus. ἡ ἐραποῦ λαριτα εὐχέτο εχέει^o luptari
 idest optabat sibi dari gruis collum ut uidelicet diutius illa uolus^o us.
 pte bibēdi edendiq; frueretur. Hinc Sardanapalus Assyriorū Venter
 rex gulæ & uētri deditissimus: natusq; helluacionis: scripsit in epi^o deus uo
 taphio: se illa tātum habere quæ edisset: & quæ p libidinē expletā luptaris
 pcepisset. Verba eius hęc sunt iscripta monumento, Ede. Bibe. orum.
 Lude: & cū te mortalem noris presentibus exple. Dicū
 Delitiis animum. post mortem nulla uoluptas. Philo
 Namq; ego sum puluis: qui nuper tanta tenebam: xeni.
 Hęc habeo quæ edi. quæq; exaturata libido Epita
 Hausit: at illa manent multa & preclara relicta. phium
 Hoc sapiens uitæ mortalibus ē documentum. Sarda

Hinc Xerxes ille maximus per sag rex repertori nouæ uolus
 ptatis constituit præmium. Claudius tiberius nero tertius Cæsa Xerxes
 rum nouū instituit officiū: quod a uoluptatibus dicebat: qui pro Officiū
 pter nimiam uini auiditatem pro tiberio biberius: pro claudio a uolu
 caldius: pro nerone mero uocitabatur. qui noctem continuumq; ptatib^o
 biduum epulando bibendoq; consumpsit. Quid memorē inglu Biberis
 uiem uitellianā: Helio gabali & Galeni imperatorū multorūque
 aliog; asotiam & luxū: qui omnes mancipati fuerunt abdomini. ro
 utpote helluones & gulones maximi: quales greco uocabulo afo
 ti nuncupantur: de quibus. M. tullius libro secūdo de finibus: no Asoti q
 lim mihi fingere asotos: qui in mensam uomant. Idem ait asotos
 esse de patella. Quid multa: inuenta sunt ciuitates & populi uni
 uerfi: qui uoluptatē hanc ueluti summū bonū amplexarentur: q;
 les fuere Milesiū. Sibaritæ. & Tarentini. Olim Milesii luxu distu

pro u

*Philoxenus
Rex uol.
ptatis sibi.
uolens*

*Asoti q
cic.*

*Hermodorus
a volup. in reg.
cy re. b. v.*

**Nemo
apud
Milesi
os frugi**

**Sibari
tis fru
galitas
odiosa**

**Sibari
ticus
missus.
Tarentū
molle si
gnificat**

*Sibari
a volup. in reg.
Cy re. b. v.*

entes eiecerūt e ciuitate Hermodorum uirum clarissimum: quia frugalitatis & modestiæ erat amator. Dixērūt enim nemo apud nos frugi sit: nemo unus excellat: Apud grecos & maxime apud Aristophanem in pluto uulgatum ē puerbiū de milesiis. πότε ἦσ' ἀπ' ἀλκιμοῖσι λησίοι. olim fortes fuere milesi: tanq̄ luxuria & nequitia omne robur uiriliteris pdidissent. Sibaritæ uero in italia: quibus ut indicat Quintilianus in tertio. odio erat frugalitas: adeo delitiis & luxuria intemperates diffuebant: uoluptatem ueluti deam amplexantes ut intra dies septuaginta a Crotoniatis deleti sint. Refert Helius iam pridius Sibaritas eo anno quo perierunt repperisse obsonium ganeatum ex oleo & garo: quem Sibariticum missum appellat: quo cū primis delectatus est Helio gabalus. Tarentini: ut nomen ipsum indicat: molles delicatū supra cunctos mortales fuerunt: Namq̄ tarentū sabinogæ lingua molle significat: ut docet Macrobius in tertio saturnaliū: unde Tarentinos dici putat. M. uarro: quā in sententiā ire uideri potest Oratius cū ait: Et molle tarentum. Non me preterit Etymon nominis tarentinogæ aliunde deduci apud scriptores idoneos. Apud tarentinos aut delitiæ & uoluptates illicibiles in tantū inualuerūt propter fortunas nimīū secundas: ut plures ludos festasque celebritates: q̄ reliquos anni dies agerent ut auctor ē Strabo. Preterea sicuti tradit Plutarchus. Balneis. cōuiuuiis. gymnasiis tarentini indulgebant: Potū & lasciuias & id genus genialia immodice percolētes: ex quo fluxit illud satyrici poetæ.

Atq̄ coronatum & perulans madidūq̄ tarentum.
Possēm infinita prope cōgerere de uita uoluptaria hoibusque uoluptariis: qui hoc fine uoluptatē metiuntur: sed occurrendum est aurium satietati: uerum quod citra fastidiū sit. Solent philosophi: qui uoluptatem per se ipsam tanq̄ summū bonū putant appetendam: uerbis pingere tabulā quādā: In qua uoluptas in sella regali: quasi quādā regina cōsideat: ei que uirtutes ueluti famulæ subiciātur obseruātes eius nutū: ut faciant quicquid illa imperauerit. Illud quoq̄ adde quod uoluptates multæ sunt & multiformiæ: aliæ honestæ: aliæ turpes. Alia ē uoluptas equi: alia canis: alia asini: alia hominis. unde illud heracleti οἶνον σὺρματὰ ἀπὲ λείσθαί μαλλον ἢ χρύσοῦ: ἢ λιοῦ τὰ χρύσοῦ τρόφιον οἶον idest asinos magis stramina optare q̄ aurum.

Dulcius est enim alimentum asinis quam aurum.

Voluptatem non esse summum bonum.

Sed profecto non videtur esse conueniens atque decorum: ut summum in homine bonum idem sit quod est in pecore & in brutis animantibus. Ad maiora enim genuit nos natura: ut inquit orator arpianus: & ut auctor est Seneca in questionibus Ob aliud profecto nati sumus quam ut cibum potumque percolemus: Aristoteles in. vii. Ethicorum hinc probat voluptatem non esse summum bonum: quoniam inquit voluptates impediunt prudentiam: & quanto maiores sunt tanto magis obnubilant: quod in aphrodisiis idest in rebus ueneris patet: Nemo enim dum ueneri operatur perspicere mente quicquam potest. Plato quoque deus ille philosophorum ex hoc ostendit voluptatem non esse summum bonorum: quoniam addito inquit alio bono fit experibilior: quam si sola sit: Summum autem bonum nullo additamento cumulari potest: id enim est summum cui nihil addici potest quod absolutum & ex omni parte consumatum est. Preterea summum bonum nunquam in malum uerti uidetur posse: atque saepe ex uoluptate mala proueniunt: & merores subsequuntur: ut enim graeco uocabulo testatum est. ἡδονὴν ἀλλήλοισι τῆς λυτῆς. hoc est uoluptati soror est tristitiae: ex quo exiit illud plautinum in amphitruone. Ita diis placitum: uoluptati ut meror comes subsequatur. Quaedam sunt uoluptates: quas ob turpitudinem occultamus: quod autem summum bonum est id occultari non debet: & si solerter persitauerimus non potest uoluptas uentris & coitus esse summa felicitas: cum saepe causa sit egritudinum: morbi. n. ut inquit diuus Hieronymus aduersus Iovinianum saturitate nimia concitantur: & multi quod turpiter ingesserunt turpius egerunt. Hippocrates quoque maximus medicorum docet crassa & obesa corpora in paralytici & pessima morborum genera erumpere: nisi cito missione sanguinis minuantur: unde & athletae quorum uita & ars sagina est: ut inquit Galenus doctissimus Hippocratis interpretis diu uiuere non possunt: nec diutina perfrui ualitudine: quorum mentes adipibus inuolutae nihil sublimius nihil tenue possunt cogitare: Nam ut ait Hieronymus: pinguis uenter non gignit sensum tenuem. Anneus Seneca seuerissimus uitioque castigatior peroras in uoluptate gulonum sic scripsit. prope diuinitus. Inde inquit pallor est & neruorum uino madentium tremor & miserabilior ex cruditatibus quam ex fame macies. Inde scerti labes

Dictum
Heracliti

Aliud in
hominis bonum
quam in
pecore.

Civ. male p. 10

*Symonides uo
lyptat*

Plato
deus
philosophorum

Voluptati
soror
tristitudo

*pedissequa
uoluptatis
tristitia*

Morbi
ex saturitate
hippocrates
maximus
medicorum

*Ex uoluptate
quae fatigat
uenter*

Galenus
doctissimus
interpretis
diuus
Hieronymus
pinguis
uenter
non gignit
sensum
tenuem

*Ex uoluptate
uoluptatis
uenter*

*Ex uoluptate
quod uenter*

B

1
tum pedes: & semper q̄lis in ipsa ebrietate titubatio: sicut intra cutē humor admissus: distēctusq̄ ueter: dum male assuescit plus capere q̄ poterat. Inde suffusio luridæ bilis & decolor uultus. tabesq̄ in se putrescentiū: & retorti digiti articulis obrigescentibus: neruoz sine sensu iacentiū torpor: aut palpitatio corpore sine intermissione ne uibratiū: quid capitis uertigines dicā: qd oculoz auriumq̄ tormenta & cerebri estuantis uermi natiōes: & oia per quæ exoneratur internis ulceribus affecta. Innumerabilia p̄terea febrium genera: aliā impetu subeuntiū. aliā tenui pelle repentiū: aliarū cum horrore & multa mēbroz quāstione ueniētiū: Quid alios referā innumerabiles morbos supplicia luxuria: hæc doctissimi & perinde sanctissimi uiri uerba: quē non ex belluonibus istis rubore suffundant: quē non reuocēt a uoluptate pestifera: quæ toto malore mater ē atq̄ fomentū. Critolaus peripateticus malum esse uoluptatē ait & multa alia mala parere ex sese: uidelicet iniurias. desidias. obliuiones. ignauias. Antisthenes socraticus p̄hus dixit uoluptatē esse summū malū. Eius nāq̄ hoc uerbum ē. ἀκαρτερὸν μάλιστ' ἢ σθένος. idest insanirem potius q̄ oblectarer. In morsum uoluptuosoz dixit Oratius. Sperne uoluptates nocet empta dolore uoluptas: apud Silium i. xv. punicoz. Virtus uoluptatē inessit Conuicio hoc obiurgatorio & graui.

Quippe nec ira deū tantum nec tela nec hostes.
Quantum sola nocet animis illapsa uoluptas.
Ebrietas tibi fida comes: tibi luxus: & atris

Circum te semp uolitas infamia pennis. Aristoteles i. iii. ethy. uoluptates gustus & tactus ait eē belluinas. Hippocrates p̄didit τὸ ἡμῶν σῆμα εἰς αἰκράσις ἐπιλήψιας. i. coitū eē leuē morbum comitalē. Democritus uenerē damnauit in qua hō exili ret ex homine. Greci eos q̄ duabus his pecuniis uoluptatibus sese totos dediderūt appellāt uocabulis p̄brosis. ἀκολαττοῦσ αἰκράτεισ. latine itēperātes & incōtinētes dicere possumus.

Socrates fons p̄boz dicebat multos hoies p̄pterea uelle uiuere ut ederēt & biberēt se bibere atq̄ esse ut uiueret. In decretis Canonici. D. ultima de cōsecratiōe legimus quosdā morbo articulari & podagra humoribus laborātes p̄scriptiōe bonoz ad simplicē mēsa & paupes cibos redactos cōualuisse. Habūdātia. n. epulaz ut igit uerissime loānes Chrysostomus morbū facit & molestū

Capitulum 10
Mala
ex iglu
uie
Vermi
natiōes
cerebri

Antisthenes
Anti
sthenes

Oratius
Orati
us
Silius

Coitus
leuis
epileps
ia
scitum
Socrat

Io. chrisostomo
Io. chri
osto.

asigerit: & egritudines gñar: Et putrefcere facit corpus humanū.

An gloria sit summum felicitatis.

Quāto honestior uideri debet inia illog qui summū bonum felicitatēq; i honore & gloria collocauerūt. Vides ferme hec fuisse summa boni i summis iperatoribus Romanoz. Grecoz. Barbaroz: q uoluptates oēs cōtēpserūt: q dies noctesq; in laboribus militaribus exāclauerūt: q uigilarūt: sudarūt: alferūt ob hoc: solū ut gloriosi uiuerēt: gloriosiores morerent: de quibus illud ē poete satyrici. Ad hęc se romanus: graiusq; & barbarus idupator. Erexit causas discriminis atq; laboris.

Inde hū: tāto maior fama sitis ē q; uirtutis. In romanoz laudem dixit Salustius: Laudis auidi pecunia liberales erāt: gloriā i gentē: diuitias honestas uolebāt. Hanc gloriā ut inqt elegāter diuus Augustinus ardētissime dilexerūt: ppter hęc uiuere uoluerunt: ppter hęc & mori nō dubitauerunt Ceteras cupiditates huius unius cupiditate presserūt. Hęc gloria ueluti finis felicitatis Fabios. Marcellos. Africanos: Cesaes icitauit islamauit: extimulauit ad res magnas forti aīo capessendas de hac cecinit Vale. flac. Tu sola animos mentemq; peruris gloria.

Hęc Silius italicus facē honestæ mentis appellat cum ait. Abripuit traxitq; uig; fax mētis honeste gloria. De hac oratius sic meminuit i smonibus. Sed fulgēte trahit cōstrictos gloria curru Non minus ignotos generosis.

De themistocle atheniēsi scribunt historici: qd̄ noctu ambulabat i publico: qd̄ somnum oculis capere non posset: q̄rēribusque huiusce uigilia cām respōdebat: milciadis tropheis & gloria se ex somno suscitari. Demosthenes oratoz apud graecos clarissimus uale letatus ē gloriose susurro: qñ anus attica aquā ferēs ita alteri isusurravit: Hic ē ille Demosthenes. grece dulcius effert̄ οὐτ̄ οὐτ̄ οὐτ̄ Διὸς Βεῖπ̄ις. Nec imerito mortales. n. ad laudē & gloriā geniti sūt. Et ut inqt uerissime Silius. Ad laudes genitū capiat si uu nera diuum. Felix ad laudes hominum genus.

M. Tullius ait principes gloria esse alēdos: tanq; id sit pabulum suauissimum. Et ut idē alio loco inqt trahimur oēs laudis studio. Et optimus qsq; maxie gloria ducit. Nullā pfecto uirtus aliā mercedē laborz piculorumq; desiderat pter hęc laudis & gloriæ. Alexandri: q ex rebus gestis nomen magni sibi inuenit pectus

*Voluptates quomodo
superentur*

Tunena
lis

Salustii

Augu
stinus

Flaccus

Silius
Orati.

Milcia
dis tro
phea
calcar
themi
itoclis
Hic est
Demo
sthenes
Trahis
mur
omnes
gloria

Sititor gloriae infatiabile laudis fuit: q̄ plusq̄ par sit sititor gloriae Anaxagora re-
Alex. ferente innumerabiles esse mundos ex auctoritate democriti pre-
ceptoris. Heu me miserq̄ inquit: qui ne uno quidem mundo sum
potitus hinc exiit illud.

Vnus pelleo iuueni non sufficit orbis.

Orbis alexan- dro an- gustus ē

Hinc controuersia illa ē apud Senecam famigerata. Alexāder
orbi terrarū magnus ē orbis Alexandro angustus ē: Idem cū in sis-
geo ad Achillis tumulū astitisset o fortunate inquit adolescens:
Qui tuæ uirtutis s̄conē Homez inueneras: quod apud Siliū
uersibus modulatis sic expressum est.

Felix eacida: Cui tali contigit ore

Gentibus ostendi: Creuit tua carmine uirtus.

Lachry- ma Ce- saris.

Cæsar cū apud Herculis templū in Hispania res gestas ab Ale-
xandro ut inquit Plutarchus contēplaret i pictura: iugemuit illa-
chrymauitq̄: ueluti ignauia suā pertesus: quod nihil tum memo-
rabile a se actū esset in ea etate: qua iam Alexāder orbē terrarū sub-
egisset. Hannibal penoq̄ ille in dyltissimus Imperator: apud

Hanni- bal

Siliū alloquens milites i pugna cānensi mercedē laborū suorū so-
lam gloriam esse uult. Sic enim inquit.

Mihi magna satis fat uera superq̄

Bellādi- merces | gloria

Bellandi merces sit gloria. cetera uobis Vincantur.

Quid multa: non solū ma zni in re militari duces: & egregii i
administratiōe rei pu. Ciues gloriā ihāt Et amplexantur: sed eti-
am scriptores ferme oēs hanc gloriā ueluti premiū uberrimū sua-
rum lucubrationū spectare uidētur: illi quoq̄ phi qui libros scri-
pserunt de gloria contēnenda sua nomina in titulo inscripserūt.
Et in liminari pagina lectitari uoluerūt: quid nonne: & opifices
ipsi gloria ducti nobilitari uolūt: Namq̄ Phidias ille inter statua-
rios artifex nunquā satis pro meritis laudatus: cum fecisset simus
lacrū mineru x icōparabile: nec ei liceret inscribere ut moris est
nomen suū: inclusit in clipeo suam ipsius effigiem: qua conuulsa
tota operis colligatio & structura soluebatur. Sauros quoq̄ &
Batrachus sua impensa cōstruxisse produntur tēpla octauia por-
ticibus inclusa: inscriptionē sperātes: qua negata hoc tamen alio
modo usurparunt. In columnarū enim epistiliis insculperunt ra-
nā atq̄ lacertā tanquā nomīnū eorū argumenta. Sauros enī grecs
lacerta & batrachos rana significatu. Liber & mihi ut de me nō ni

Vasri- tia phi- diae

hil transeunter attingā uſurpare illud Oratiani.

Gaudeo: quod ſpectāt oculi me mille loquentem.

Hoc unū etiā adiciā qđ tāta gloria cupiditas ē inſta mēribus mortaliū: ut quidā ſcleribus innotescere uoluerint: quia uirtutibus nequibant. iter quos haud dubie numeratur Heroſtratus: de quo Gellius. Valerius. Solinus in polyhiſtore: & ceteri oēs non pauca perſcribūt hic enim Dianæ ephēſiæ tēpla incendit quod opus pulchritudine & magnificētia iter ſeptē ſpectacula mūdi meruit annumerari ut uidelicet conſumpto opere pulcherrimo nomen ſuū per totū orbē diffunderetur. Ephēſii publico decreto ſanxerūt ut hic eēt illaudatus inominatusq; ſed fruſtra in hodiernum. n. noiatur in hodiernū ē famigeratus quod ſolū cupiebat. Et quod liuius dixit de Manlio capitolino qđ famæ magnæ malebat eſſe q̄ bonæ: hoc idē de Heroſtrato dicendū: qui hoc ſolū cura uit etiā nephāda patrādo: ne uita ſui obliuiſceretur.

Gloriam non uideri finem felicitatis.

Verum hæc gloria nō uideť eē finis ille felicitatis: quem querimus: cū ſit res caduca: & intra breue ſeculū flacceſcat: cū aliunde pēdeat: quod de ſummo bono credi nephas ē: magis enim in laudatibus q̄ in laudato cōſiſtit gloria quæ nihil aliud ē: q̄ opinatio de aliena uirtute bene ſentierium. huc adde quod phi & cū primis diuus Auguſtinus amorē laudis & gloriæ feruētiffimū uitium eē dixerūt hinc illud Oratianum. Laudis amore tumes. Hinc illa pſiana mordacitas. Egregiū cū me uicinia dicat non credā: & illud. Sed recti ſinemq; extremumq; eſſe reuſo Euge tuum & belle.

Exclamat tragicus poeta O doxa doxa o gloria gloria: qđ alius uides q̄ aurū inflatio magna. Democritus abderites phus læta tus ē: qđ athenis multos annos uixerit ignotus illi urbi: ueni inqt athenas & nemo me nouit. Anneus Seneca decēter ait qui uixit notus oibus ignotus moritur ſibi. Et ab Oratio luculēter dictū ē. Nec uixit male: qui natus moriensq; ſefellit.

An in potentia ſit collocata felicitas.

Quidā ſummū bonū in ſūma potētia cōſtituūt: hi uel regnare ipſi uolūt uel adherere regnātibus iudicāt eē feliciffimū pulcherrimūq;. Et pfecto regnū res ē ut ait Liuius iter deos hominesq; pulcherrima. Reges ſūt dii terreni: qđ ēt hiſtorico exēplo cōprobat

Exēplū
hero
ſtrati

famæ
magnæ
magis
q̄ bonæ

Gloria
quid
Perſeus

Gloria
inflatio
aurium
Democritus.
Nemo
me no
uit

Reges
dii ter
reni

Dictū
Anata
rici.

Namq; Anatharicus gothorū rex constantinopolim ad Theodo-
sum imperatorem post ictum sedus iuiscendi cā uenit: a quo comiter
& hospitaliter acceptus ē: & cum urbē introiisset: cūq; edificia ciui-
tatis pulcherrimā atq; frequētiā populi contēplaretur. Cūq; dei
ceps imperatoris regiā ingressus obsequia officiaq; diuersa conspī-
ceret: sine dubio inquit Deus terrenus ē imperator. In libro Es-
dre scriptum legimus si dixerit Rex exterminate Exterminat plā-
tate plantat: cuncta obediunt regiā maiestati: Dicere solebat Iu-
lius Cæsar: Si uiolandum est ius: regni causa uiolandum est: Idē
cum in alpibus oppidulum oppido pusillum preteriret: amicis
querentibus an etiam illic seditiones aliquæ de principatu fo-
rent:

Malo
hic esse
primus
q̄ Ro-
mæ se-
cundus
Regnū
res one-
rosa

malem inqt hic esse primus: q̄ Romæ secundus. Hinc
illud papinii statii. Sed summo dulcius unū stare loco. Polyni-
ces quoq; apud Senecā ait: pro regno uelim patriā: penates cōiu-
gem flammis dare.

Potentiam non esse summum bonum.

Ceterę multa sunt q̄ documento sunt solidā felicitatē non esse
in pontentatu & regno collocatā: & illud imprimis: quod scribit
Dion prufēsis. Regnū esse rē arduā laboriosam plenā curę: ple-
nam negociorū: quæ incomoda principes ipsos sæpe perturbant.
Præterea uersus ē antiquus puerbii uice inuulgatus usurpatusq;
Necesse est multos timeat: quem multi timent.

Terror
ipēdet

Recepto autē semel hoc metu non pōt eē firma ac incōcussa fel-
citas: Sēper autē ut inquit p̄hi aliq; terror ipēdet: ex quo colligit
beatitudinē hāc quā q̄rimus: in regno reperiri nō posse utpote re-
fertissimo terrore atq; formidinū: A Seneca nō minus uere q̄ ue-
nuste scriptū ē. Simul ista posuit Cōditor mūdi deus. odiū atq;
regnū. His assipulat scitū illud regis illius quē ferūt traditū sibi di-
adema. prius q̄ capiti id iponeret retētum diu Considerasse ac dis-

Nobile
magis
q̄ felicē
pannū.
Exēplū
damo-
clis &
dionysii

xisse. O nobile magis q̄ felicē pannū: quē siqs penitus cognos-
scar: q̄ multis sollicitudinibus: & periculis: & miseriis refertus sit ne
humū qdē iacētē tollere uellet. Notissimū memoratissimūq; ē
exēplū Damoclis atq; Dionysii: Nā cum Damocles cōmemora-
ret ī sermōe copias: & opes: ac maiestātē Dionysii syracusani. Ne-
garetq; unq; beatiore extitisse: uis ne inqt Dionysius o Damocle
quoniā te hæc mea uita delectat ipse eandē degustare: & fortunā

experiri meā: cū se ille cupere dixisset: collocari iussit hoīem in a-
 reo lecto: strato pulcherrio: textili stragulo: abacos cōplurimos
 stravit argēteis aureisq; celatis uasis: tū ad mēsa eximia forma pue-
 ros iussit colittere: eosq; ad nutum illius intuētis diligenter minī
 strare. Incendebant odores: mensæ cōquisitissimis epulis extrue-
 bantur: aderāt unguēta corona: delitiarū oē genus. Fortunatus si-
 bi Damocles uidebat in hoc tam beato apparatu gladiū fulgētē
 e lacunari seta equina appēssum demitti iussit ut ipēderet illius be-
 ati ceruicibus: Cūq; ille Dionysiacas copias iminentis mortis pe-
 riculo aspernaret: iāq; beatus amplius eē nollet: Talis ē inqt Dio-
 nysius uita quā beatā putabas: sic sēmp nobis mortē imminētē
 uidemus. Existimate ergo quo mō felix ille eē poterit: qui sēmp
 timere cōpellit: cuiq; Tantali saxū ut dicitur sēmp ipēdet. Im-
 periū res ē iuidiosissima: ut inqt Vopiscus: meritoq; ait Sidonius
 Apollinaris Nō aīlētior his: q; summā beatitudinē existimant sū-
 mam prātē: Nā sicut hoībus reges: ita regibus desideria dominan-
 di dominant: hinc inuēri cōplures: qui uitā priuatā ociosamq; re-
 gno anteponerent.

Seneca.

Me mea tellus lare secreto tutoq; tegat:

Carullus.

O quid solutis est beatus curis.

Oratius:

Nec ocia diuitiis arabum liberrima muto.

Aristoteles i ethicis inqt Videē felicitas eē in ocio: Negociamur
 ut ociamur. Nō ab re fuerit hoc potissimū loco exēplū de Pyr-
 rho Et Cynea pulcherrimū recēserē: Cyneas. n. facundia memo-
 riāq; prepollēs: pyrrhū ad italiā propēssum cernens: Sic illū aliqñ
 ociosum affatus ē. Egregiū bello o pyrrhe romani eē dicunt: qd
 si eos superare dii dederint qd tūc agemus: ad hec pyrrhus Nulla
 inquit nobis neq; barbara neq; greca ciuitas resiltere poterit ro-
 manis superatis: sed statim totius Italiae iperio potiemur: parum
 per cōmoratus Cyneas cū italiā ait ceperimus qd tunc agemus?
 Et pyrrhus pxima inqt ē isula sicilia opima & opulēta: q; captu fa-
 cilis erit. Recte inqs dicit. Cyneas sed an finis militiæ nobis erit
 cepisse siciliā: Deus mō isit uictoriā pilet: Nā his ueluti pludiis ute-
 mur ad res maxias cōficiēdas qs. n. aphrica abstineat & carthagies:
 qua subacta nullus nobis resister orbis. Ita ē inquit Cyneas Sed
 uictis oibus & subactis quid faciemus tandē: & Pyrrhus subridēs
 ociabimur inquit: & quotidiana festiuitate latitiarūq; pfruemur:

Gladi-
us e la-
cunari
demis-
sus

Tā tali
saxum

Felici-
tas in
ocio
Exēplū
cyneæ
& pyr-
rhi

Ociabi-
mur

tunc Cyneas: quid uetat o rex inquit quominus nunc ista letitia
& felicitate & ocio perfruamur. Suppetit quippe nobis sine labore
facultas istarum rerum omnium: ad quas per sanguinem & pericula & eru-
nas perueniuri sumus: Verissima erant quae dicebantur a Cynea
sed pyrrhum nequaquam ab incepto retraxerunt: iam iam regno italico
inhiantem & spes immodicas anhelantem. Non pauci extiterunt:
qui ocium & uitae rusticae simplicitatem fortunatam esse censuerunt:
In eaque uera felicitate collocauerunt: haud dubie uitam rusticam urba-
nam antepponentes. hinc ait Maro. O Fortunatos nimium sua si
bona norint agricolae. Et Oratius: Rure uiuentem beatum esse
autumat: qui alio quoque loco sic cecinit,
Beatus ille qui procul negociis
Ut prisca gens mortalium:
Paterna rura bobus excrecet suis
Solutus omni fenore.

Laus ui-
tae rusti-
cae

Aglaus
numquam
egressus
suis agel-
lum

Delphicum oraculum Aglaum dixit esse felicissimum: qui in angu-
stissimo archadiae angulo paruum sed annuis uictibus large suffi-
ciens praedium colebat: nunquam ex eo egressus & ita minima cupidine
minimum in uita mali expertus: & profecto ut ait idem Oratius,
Viueretur naturae si conuenienter oportet.
Vidisti ne locum potius rure beato?

polyar-
nes poly-
lymeles
polybu-
tae

Natura enim ut inquit. M. uarro dedit agros: ars humana edi-
ficauit urbes. Rusticatio autem ab exiguis profecta primordiis ad
summum columnam peruenit: hinc apud antiquos grecos illustrissi-
mus quisque pastor erar: ex quo alios greco uocabulo: polyarnas:
alios polymelas: alios polybutas uocitarunt: a multitudine uide-
licet agnorum: ouium: ac bouum. Romani cum uirum bonum lauda-
bant eum bonum agricolam bonumque colonum appellabant: amplissi-
me enim laudari existimabant: qui ita laudabatur. In tanto denique
honore apud praesicos fuit agricolatio ut imperatores romanos non
puduerit manibus triumphalibus agros colere: semina tractare: ar-
busta disponere. Preterea nobilissimarum familiarum non aliunde co-
gnomenta sunt: quam a rebus rusticanis: Nam Fabii. Læuli. Cices-
rões. A leguminibus: quae quisque optime ferebat cognominati
sunt. Pisones a pisendo dicti. Multa quoque nomina habemus uet-
erum romanorum: partim a maiore partim a minore pecore dedu-
cta. Hinc enim iunios bubulcos: statilios tauros: Pomponios uis-

Trinum
phales
arato-
res

tulos cognominarūt. Hinc portii Catones: & Annii capræ nomi
 nitantur: Quin etiā italiā nuncupationē traxisse a uitulis: quos
 greci antiqui italos uocabāt nemo nō nouit: Hinc locupletes ap-
 pellati loci hoc ē agri pleni: & ipsa pecunia: ipsumq; peculū a pe-
 core nomē sortiuntur: Infinita ppe dici posset de uitæ rusticæ bo-
 nis ac felicitate sed me ipsū cohibeo: cū in libro orationū nrarum
 extet orō continens laudationē rusticatiōis uberrimā. Illud disti-
 mulāter preterire nō possum: quod Dioclicianus iperator impe-
 rio deposito cōtulit se in ocium rei iusticæ quietissimū: illicq; bea-
 tissime cōsenuit: & Attalus: ex omīssa regni administratiōe hor-
 tos fodere cepit & uillicari. De agricultura nō minus honorata q̄
 frugifera Reges ducesq; amplissimi scriptauerunt. Siquidē
 Hiero. Athalus: & Archelaus reges: Xenophō & Mago duces uo-
 lumina de re rustica condiderunt: Præterea inumeri tā greci q̄ la-
 tini cōditores negociū istud itilo illustrauerūt. Sed eorum qui ex
 tant Marcus portius cato oium bonarū artium magister optimus
 ac sine emulo agricola librū cōposuit precepta colendi agrum cō-
 tinentem: post Catonem Terētius Varro: qui a terrentiano uir
 doctissimus undecūq; dictus ē: annum iā uitæ octogesimo pri-
 mum agens rem rusticā expoliuit. Plinius nr̄: quo nil doctius: cō-
 posita breuitate uenuitauit: Palladius decētissimo ordine distri-
 xit: Columella at tanquā rusticatiōis parēs totū disciplinæ rusti-
 cæ corpus luculentis uoluminibus cōplexus ē: Virgilius uero car-
 mine Georgico rem rusticā potentē fecit: reddiditq; illustriorē.
 Et nos hoc anno duos hos iclytissimos regū rusticarum scriptores
 publico auditorio p̄stebimur: id maxime curantes ut nō minus
 frugifera sit quam uoluptifica nostra professio: Sed iam reliqua p-
 positi peragamus.

Italia a
 uitulis
 pecunia
 a pecorē
 Diocli-
 tianus
 depofu-
 it iperitū
 Scripto-
 res rei
 rusticæ
 Portius
 cato
 Terētius
 us uarro
 Plinius
 Palladi-
 us Co-
 lumella
 Virgi.

An diuitiæ sint finis bonorum.

An di-
 ues brūf

Quidam immo pene oēs autumant summum bonum esse di-
 uicias: & solū diuitē esse beatum: simul cōcinentes illud oratianū.

Ocines ciues querenda pecunia primum.

Virtus post nummos. Nec minus illud ex sermonibus. Ois
 enī res: uirtus: fama: decus diuina humanaq; pulchris.

Diuitis parent: quas qui construxerit ille

Petroni
 us arbit

Clarus erit: fortis: iustus: sapiens: etiam rex: & quicq; uolet.

Oratiana sniæ astipulatur Petronius arbiter cum ait,

Quisquis habet nummos secunda nauiget aura?
Fortunaq; suo teperet arbitrio. Et mox paulo.
Multa loquor quid uis nummis presentibus opta.
Eueniet: clausum possidet arca iouem.

Bona q;
beent

Pecunia
nerui re
rum.

Dictum
uerris

Scitum
Philipp

pi.
Maiores
fulmi
nar.

Qua i
bello
polleat.

Lysander
Vulpia
pellis af
suada le
onine .

Hinc iuriscōsultus ti. de uerbōz significatiōe refert bona dici
diuitias ab eo q; beent: id est beatos efficiat: ait. M. tullius diuitias
as eē effectrices regē magnaz & cūprimis uoluptatū: pecunia ner
ui sunt belloz: auz; persuasio ē regū. Huic metallo ut inquit uer
rissime Apuleius Difficultates oēs sunt puia: & auro adamantis
nā fores perfringūtur. Dictitare solebat Verres nihil eē tam san
ctum quod nō uiolari: nihil tam munitū: qd nō expugnari possit
Auz; ut inqt Oratius: Per medios ire satelites. Et prūpere amat.
Saxa potentius ictu fulmineo.

Philippus macedonū rex oia castella expugnari posse dicebat
in q; modo asellus onutus auro posset ascendere: Ideo iperatores
boni quod tormentis & machinis expugnare nō possūt uincant
auro: sicut philippus urbiū portas diffindebat. Cū in pntia ma
uors fulminet & telū suū concuriat: nō nihil uelut in trāscursu de
rebellica interferamus. Plurimū i bello pollere credunt militū
copia & uirtus. Ingenia iperatoz: fortuna per oia humana maxi
me in res bellicas potēs: qui uero pecunias belloz neruos esse di
xerunt oraculo certiora dixisse uidētur: Archidamus lacon sociis
percunctantibus: q̄tum satis foret pecuniāz ad belli administras
tionē respōdit.

hoc ē bellū or
dinata non querit. Existimat. M. tullius in summo imperatore q;
tuor has res inesse oportere. Scientiā rei militaris: uirtutē: aucto
ritatem: felicitatē: Non pauci addunt quintā ueluti potentissimā
auri copiā affluentiore: sine quo reliqua manca & mutila eē exi
stimatur: sine quo preclara nō facile geri possunt. Namq; officiū
boni iperatoris ē ut quod uiribus efficere nō pōt id auro efficiat;
interdum astu calliditateq; cōficiat: imiteturq; Lysandrū qui cēse
bat uulpis pellem asuēdam esse quo leonis nō assequeretur: qui
dicebat pueros talis esse decipiendos: uiros autem iure iurando.
Sed in arcanis sit & atropitōis. quod facturus est imperator.
Vnde preceptum militare traditur a Vegetio. Quid fieri debet
tractato cū multis: quid uero facturus sis cum paucissimis uel po
uius ipse tecum: hinc laudatus ille Metellus: qui interroganti: quid

sa datus foret respondit. si uestem hanc mel consilii consciam esse
credere: eam flammis deurerem: hinc inter signa romana erat minor
taurus: quemadmodum ille in intimo labyrintho abditus erat:
ita ductis consilium semper deberet esse secretum. Dicere solebat
Paulus Emilius bonum imperatorem nunquam signis collatis de
certare oportere nisi summa necessitudo aut summa ei occasio da
ta esset. Militaris sine duce turba corpus esse creditur sine spiritu
plusque pollet interdum bonus imperator quam numerosus exercitus
Hinc cum Scipio Aemilianus nummantinos uertisset in fugam:
illique grauiter indignarentur querentes: quid romanos fugissent
quos prius toties fugauissent: tunc nummantinum quempiam di
xisse ferunt.

hoc est oues quidem & nunc easdem esse sed pastorem
alium: Vereque proditum est tanti esse exercitum quanti impera
torem: Ex quo illud Chabrie dignum scitu dignumque memora
tu est: qui dicere consueuit.

id est formidabiliorem esse ceruorum exercitum duce
leone: quam leonum duce ceruo. Idem dicebat officium optimi
imperatoris esse res hostium & consilia optime nosse. Id autem
fit commodissime per fideissimos exploratores parantur autem tales
liberalitate & pecunia: quae uel una uirtus saepe uictoriam prestat
ex hostibus: qua caesar dictator milites sibi reddidit deuotos: fides
les: obnoxios. In haec diuertisse non fuerit alienum: propter glis
scentes in dies bellorum rumusculos: quibus italiae flagranturam
ominantur. Ergo igitur ut ad propositum reuertamur: pecu
nia ingens generis humani bonum existimatur: ut inquit. Euris
pides: pecunia in honore: paupertas probro haberi cepit: ut Salu
stius Senecaque notificant: Cui diuitiae supersunt huic nihil prors
sus esse creditur.

Et genus & formam regina pecunia donat.

Et bene nummatum decorat suadela uenusque

Vt inquit.

Oratius. Proverbia quoque uice illud in uulgatū: Vnde habes
as querit nemo sed oportet habere. In decretis canonicis Di.
quadragesima septima traditum est: quod mens mortalium semper
per aurum: semper argentum uidet: gratius intuentur aurum quam
solem: omnis nostra oratio ad deum aurum querit.

Minora
urur iter
signa

Exerci
tus sine
duce cor
pus sine
spiritu

Oues
eadem pa
stor
alius.

Dictum
chabrie
scitissi
mum

Euripi
des.

Gratius
aurum
quam sol

Huic sententiæ subscribit illud satyrici poetæ memoratissimū.
Prima fere uota & cunctis notissima templis.

Iuena
lis Diuitiæ crescant: ut opes: ut maxima toto
Nostra sit arca foro.

Seneca libro uigesimo secūdo epistolarū: Admirationē inquit
parentes auri argentiq; fecerūt totus populus in alia discors i hoc
conuenit. hoc suspiciunt: hoc suis optāt: hoc dis uelut maximum
reg humanag cōsecrant: Deniq; qd optimū uideri uolūt seculū
id aureū appellant: Sine me inquit alius uocari pessimū: simul ut
diues uocet: An bonus nemo: an diues oēs querimus nō quare &
unde: qd habeas tantū rogant: ubiq; tantū quisq; quātū hūit fuit.

Consimile ē illud Apuleii ex apologia: tāti reuera estis quātū
habetis. Caligula Romanus iperator exitimās augz esse sum
mum beatitudinis super inumeros aureoz acruos nudis pedis
bus spatiat & toto corpore aliquādiu uolutatus ē. Græcus il
le Alcmeon: de quo scribit Herodotus: olim pregrandē tunicam
indutus: & calceos latissimos calceatus: perexit ad thesauros Cres
si: Creso permittente: ibiq; i acruos aureoz pcumbēs primum
refersit calceos auro: dein oēs sinus uestimenti: quin etiā Ramen
ta auri criminibus implicuit: os quoq; & manus auro compleuit:
exiuitq; auro suffarcinatus nō homini similis sed monstro: cuius

os erat turgidum: & cuncta membra auro onusta. Interrogatus
Bias priensis quidnā faciens homo delectaret. Lucrans inquit.

Pithius quoq; bithinicus: qui Xerxis tēporibus clauit auricu
pidine icensus: tanq; id summū bonum foret: oēs ciues in metallis
auri fodiēdis occupatos habebat. Idq; unū auri congerēdi studiū
tātoperē colebat: ut multi ob laboris magnitudinē interirēt. Un
de mulieres agminatim ad Pithei uxore uenerūt orantes: ut huic
malo mederetur: q; illas bono animo esse iussit: Dein adhibitis ar
tificibus panes & edulia omne genus ex auro confici precepit: qui
bus diligenter studiosq; confectis pitheo parari cenā postulanti
aureā mēsam uxor apponi iussit: cuius aspectu delectatus ē pithe
us utpote mira arte singula elaborata cōspiciens: inde aspectu iā
habunde satiatus cibum afferi percipiebat: ueq; uxor cuncta q; po
stulasset ex auro cōcinata iubeat apponi: cūq; ille iracūdia percip
tus esurire se uociferaret: neq; augz se id tēporis amplius exposce
re. Tum uero mulier cordata & prudētia pollens: nullius inq; rei

Oblo
nia

o confunx pter hanc unā habendā facultatē prebes: ois omnium ex auro
uiroꝝ cura tuo iussu in parādo auro uersatur: iam nemo agros co
litiām omnis ferendi plantādi arbores: & totius rusticatiōis dili
gentia intercidi: dum in auro fodiendo tuo iussu oēs sunt occu
pati hac uxoris castigatiōe tam sancta: tā uera: nō mediocriter cō
morus pitheus ē. Fodiēdi tñ auri negociū nequaquā penitus omī
sit tāquā in auro summa beatitas eēt collocata: Hic ē ille pitheus Plata
qui platanū aureā Vitemq; nobilē illā Dario regi donauit: qui nus au
Xerxis copias innumerabiles excepit epulo: itipendiū quoq; qui rea
que mensum frumentūq; pro alendo exercitu pollicitus.

Diues ille apud Oratium sic infit

Populus me exhibilat: at mihi plaudo ipse domi.

Simul ac nummos contemplor in arca.

Penetramus inquit nō minus uere q̄ elegāter Plinius. In ter
ra uiscera auri argentiq; uenas & aris ac plūbi metalla fodientes:
gemmas etiā & quosdā paruulos q̄rimus lapides scrobibus in p
fundum actis: uiscera eius extrahimus: ut digito gestetur gemma
quam petimus. quot manus atterunt ut unus niteat articulus: St
ulli essent inferi iam profecto illos auaritia: atq; luxuriā cunicu
li refodissent.

Diuitias non esse finem felicitatis.

Verum enīmuero ut tradit Aristoteles. Ipsa diuitiā nequaquā
sunt ipsū summū bonū: Sunt quidem utiles: expetuntur quidem
ppter felicitatem: sed nō sunt ipsa felicitas: quā ppter se ipsā ex
petitur. Quod bonū est ex malo nō fit: diuitiā autē fiunt ex ma
lo & iniquitate: ergo non bonū: ex quo illud Hieronymi: Diues
aut iniquus aut iniqui heres: Et illud euāgelicū. Facite uobis amī
cos de māmona iniquitatis hoc est ex diuitiis: quā ex iniquitate
pueniunt. Preterea nihil p̄his & potissimū Seneca bonū uidetur
quo quis & male uti pōt. Videmus autē diuitiis q̄ multi male utan
tur: quīn etiā quod bonū est nocere non pōt nec debet: Atqui ui
demus diuitias q̄ plurimis fuisse exitio & nocuisse un colligimus
diuitias pro summo bono habendas nō esse cum saepe uertantur
in malum dentq; pessum ipsum possessorem: hinc illud satyricū.

Sed plures nimia cougesta pecunia cura

Strangulat & cuncta exuperans patrimonia census.

Longum facerem si uellem in p̄sentia percēfere quot uiros di

Verba
Plinii
bractea
ta.

Māmo
na iniqui
tatis

Diuitiā
causa
exitii

Hesiodus
Dimidium plus
toto

uita imodice in exitu precipitauerunt: obuia omnibus sunt exē
pla id genus. Quicquid apra moderationē supgraditur ut scri
bit Apuleius i magia: oneri potius q̄ usui exuberat ex quo ē illud
hesiodi. idest quanto plus est dimidiū
toto. Plato in. v. de re publica: & libro tertio de legibus interpres
tatur dimidium eē plus toto: quia mediocritas est utilior salubri
orq̄ ipso imodico & toto: quod saepe noxium est atq̄ pestiferū.

Felicitas
p̄sonata

Quod in diuitiis nō sit summa felicitas: documento maximo
euidētissimoq̄ sunt homines ditissimi: quos mestos: anxios: solli
citos idētidem cōspicimus: quorum felicitas bracteara: p̄sonata:
supparata eleganter a Seneca appellatur: quasi uelamēto quodā
adūbrata: ut foris & frōte beati uideantur: intus uero & in secessu
animi infelices ac miserī. Multi quos uulgus ob diuitias felices
putat saepe dolent saepe suspirant: interrogatus Anaxagoras q̄ nā
esset sc̄lix: Nemo inquit ex his quos tu felices existimas. Socra
tes apud Platonē interrogatus a polo felix ne ei uideret archelaus
macedonix rex: nescio eq̄dē. nunq̄. n. apud ipsū fui. Idē negauit
magnū p̄sare regē sibi felicē uideri: q̄a inquit ignoro quo pacto ad
eruditionē iustitiāq̄ se habeat. Virtute .n. nō diuitiis felicitatē
meriebatur. Ait plautinus senex. odi ego aug: multa multis sa
pe suasit p̄perā: Vtinā inquit plinius noster posset e uita in totū
abdicari aug. sacra fames. ut celeberrimi auctores dixere. p̄scissū
cōiitiis ab optimis q̄busq̄: & ad p̄niciem uitae repertum. Apu
leius aug appellat metallum execrandū. Hinc haud īmerito Cra
tes thebanus ut ab historicis p̄ditū ē: & in decretis canonis reperit
tum: magnū pondus auri abiecit neq̄ putauit se posse & uirtutes
& diuicias simul possidere. Hinc zeno audito rerum suarum
naufragio: lubet inquit fortuna me expeditius philosophari.

An p̄sa
rum rex
beatus.
Platus
Odi au
rum
Crates
abiecit
aurum
Demo
critus.

Democritus quoq̄ quo magis uacuo aīo studiis litterarū ope
raretur: patrimonium suū primā donauit. Et Anaxagoras pos
siones incultas reliquit pluris faciens doctrinā q̄ diuitias: cuius
est illud sc̄itum: Non essem inquit ego saluus nisi istae possessiōes
perissent. Huc adde: q̄ nulli mortalium unq̄ tantum est quan
tum cupit: fortuna enim ut inquit epigrammaticus poeta: mul
tis nimium dat: satis nulli: quanto diuitor quisq̄ est tanto cupi
dior: qui autem cubit beatus esse nullo modo potest: Talis ma
gnas inter opes inops est: & congesto pauper in auro: ut clariss

Nulli
satis.

mi auctores prodiderunt. Et ut ait Claudianus. Semper iops
quicumq; cupit. Et medius fidius ad uiuendum uelut ad natam
dum is melior: qui onere liberior. Maiore inquit Seneca tor
mento pecunia possidetur: q̄ queritur. Preterea non ualent diu
tix liberare a morbis: quibus implicati mortales pro ualitudine i
penderent perficis gazas: homo autem egrorus: quamuis opulē
tissimus potentissimusq; beatus esse non potest: cum opus sit pro
speritate ad bene beateq; fruendum comportatis diuitiis. Ex qui
bus omnibus euidenter colligimus diuitias non efficere ipsam se
licitatem quam querimus: quæq; finis est rerum omnium expe
tendarum.

Inops
quicumq;
cupit

An uirtus sit effetrix uitæ beatæ.

Seuerissimi sanctissimiq; philosophorum summū bonum in
honesto hoc est in ipsa uirtute posuerunt existimantes solum sa
pientem esse omnia. hinc exiit illud oratianum.

Ad summam sapiens uno minor est ioue.

Dives. liber. honoratus. pulcher. rex deniq; regum.

Et profecto uirtus sicut auctor est Seneca i libro ad galionē de
uita beata: altum quiddam est excelsum: & regale inuicium infati
gabile: Virtutem in templo inuenies: in foro in curia pro muris
stantem. puluerulentam. coloratam. callosas habētē manus. Hus
se sententiæ subscribit Silius a quo uirtus ita describitur.

Frōs hirta nec unq; cōposita mutata coma. Stās uultus & ore.

Incessuq; uiro propior: letiq; pudoris.

Celsa humeros: niueæ fulgebat flamine palla.

Dixit Ouidius. Inuia uirtuti nulla est uia.

Oratius uirtutem sic diffinit.

Virtus est uitium fugere & sapientia prima stulticia caruisse.

Lucilius fatyra cōditior uirtutem his uersibus enarrat.

Virtus est homini scire id quod quæq; habeat res.

Virtus scire homini rectum utile quid sit honestum.

Quæ bona quæ mala: item quid inutile turpe inhonestum.

Virtus quærendæ rei finem scire modumq;.

Virtus diuitiis precium persoluerè posse.

Virtus id dare: quod re ipsa debetur honori.

Hostem eē atq; inimicum hominum morūq; malorum.

Contra defensorem hominum morūq; bonorum.

Sapiētē
esse oia

Virtus
altū qdā
dam
Silius
de uirtu
te.

uirtus
qd scū
dum lu
ciliū.

Hos magnificere: his bene uelle his uiuere amicum
Cōmoda preterea patriæ sibi prima putare:
Deinde parentum: tertia iam postremaq; nostra.

Plautus Poeta comicus in amphitrione sic inquit.
Virtus omnibus rebus anteit profecto.

Libertas. salus. uita. res. parentes. p̄ia & pgnati tutatur seruan-
tur. Virtus oia in se hēt oia adsūt bona quę penes est uirtus.

Virtus Seneca libro epistolaz. ix. ad Lucillum: Virtus inquit ē recta
recta rō ratio. Augustinus ait Virtutē artem esse bene uiuendi. Memo-
ratissimus est oratianus ille uersiculus.

Vilius argentum est auro uirtutibus aurum

Et ille.

Oratius Virtus est medium uitiorum & utrinq; reductum.

Autumat. M Cicero in tusculanis q̄stionibus ad beate uiuen-
dum satis posse uirtutem: cui allipulatur Silius illo uersu.

Ipsa quidem uirtus sibi met pulcherrima merces.

Non ab re fuerit subtexere uersus luculentos: quibus graphice
decenterq; describit uirtutem Claudianus cum sic ait.

Ipsa quidem uirtus precium sibi: sola q; late

Fortuna: secura nitet: nec fascibus ullis

Virtus Erigitur plausu ue perit clarescere uulgi.

a Clau- Nil opis externæ cupiens: nihil indiga laudis.

diano Diuitiis animosa suis: immotaq; cunctis

celebra- Casibus ex alta mortalia despicit arce:

ta.

Ait Oratius.

Virtus repulse nescia sordidæ

Intaminatis fulget honoribus:

Certe Pithagoras. Empedocles. Democritus. Plato ad hanc
uirtutem percipiendā nauigauere: hanc peregrinationibus susce-
ptis uestigauere: hanc cū primis predicauere tanquā beatitudinis
effec̄tricem. Cōtrariog; ut inquit p̄bi cōtraria sunt cōsequē-
tia: Si uitia efficiunt uitā miserā cōsequenter uirtutes efficiēt bea-
tam: iōq; stoici dicunt sapientem fore beatū etiā si obceceſ obfur-
descat: mēbris debilitetur doloribus cruciet. Virtutem p se nō
satis esse ad uitam beatam perficiendam. Verum re diligenter
perpensa & p̄sitata decernimus in uirtute esse quidē plurima ad
faciendā felicitatē sed haud quā oia: Nam felix ut inquit Aristo

teles indiget preter uirtutē bonis corporis atq; fortunæ: stoici q̄
dem dicunt sapientem in rota & tormentis constitutū esse beatū:
uel uolentes uel nolentes nihil dicunt: quorū dogma deludit Au- dogma
gustinus in. xix. de ciui. dei. cum i illis sit quidā superbia stupor. stoicorū
Theophrastus: qui ex diuinitate loquēdi sibi nomen inuenit i- ilusum.
calisthene suo laudauit hanc sententiā: uirtū regit fortuna nō sapi-
entia. Indolentia illa hieronymi nō est dicenda summū bonū Indolē
quia i stultis eē potest: felicitas autē cū stultitia non copulatur: s̄ tia hic
tercia aliud ē non dolere aliud esse in uoluptate felicitate q̄. Et ut ronymi
inquit eleganter Seneca Indolentiā nunq̄ bonū dicā: quā habet
cicada: habet pulex. Qui uoluptatē cū honestate summū bonū
esse dixerunt hii dixerūt quidē aliquid: sed non omnia complexi
sunt perficientia felicitatem. Aristoteles phoḡ iclytissimus. i. x.
ethyconum felicitatem eē quādam contemplatiuā operationē sic
colligit: Deos omnes maxime felices existimant ac beatos: quas
res tribuimus Dis agēdas: iustas & iniustas: Ridiculum id foret si
contractibus & reddendis depositis sint occupati. At exercent libe-
ralitatē: absurdum est credere illis eē nummos: Dormire illos nō
dicendum ut Endymionem cum somnus ad dormientes p̄tineat.
Vigilare ergo & uiuere cuncti deum credunt: ergo & operari: oci-
ofam enim & immobilē dicere naturam dei impium ē: quod & Ori-
genes testatur in tercio periarcho. Actiones autem deo nō dan-
tur ut homini: quidnam itaq; aliud restat nisi cōtemplatio: quare
dei operatio beatitudine precellens contemplatiua sine contro-
uersia fuerit: Igitur in hominibus contemplatio erit felicitas. Et
homo operatione cōtemplatiua summe felix existet: quæ deo ma-
xime ē cognata Verum indigebit prosperitate corporis & alimē-
tis cum homo sit. Natura namq; ipsa non est ad contemplandum
sufficiens: sed & corpus sanum esse oportet: & alimenta reliquūq; Contē-
famulatum adesse: Itaq; uitæ degēdæ ratio quieta maxime placu-
it philosophis in cōtemplatione & cognitiōe posita rex: quæ ga-
deorum erat uitæ simillima: sapiente ē uisa dignissima. Ergo igi-
tur ut aliquando concludamus latissimam de felicitate disputatio-
nem recurrendum nobis ē ad ipsam diffinitionē: Est autem felici-
tas ut dudū dictum ē plenitudo rerum optandarum: Hec autē ple-
nitude cōstat ex triplici genere bonorum: ex bonis animi: ex bo-
nis corporis: ex bonis fortunæ: Cumulata hec bona faciunt ablo-
D.

Snia ari-
stotelis
de felici-
tate.

Orige-
nes.

Contē-
platio ē
felicitas

Felici-
tas ple-
nitude
optan-
dorum.

Homo **ex aia** **& corpo** **re** **Felici** **tas ex tri** **nis bo** **nis.** **Bona** **animi** **Pruden** **tia.** **Sapient** **es non** **pruden** **tes:** **Bona** **corpis** **Oratus** **Corpus** **organū** **animi.**

lutam felicitatem quod ut planius & lucidius percipiatur: quid sit ipse homo: & ex quibus cōtinet querendum ē. Homo neq̄ solū corpus ē: neq̄ anima sola. Sed ex anima simul & corpore compāctus ē: p̄inde summum bonum hominis: quo fit beatus: ex bonis utrisq̄ constat: Qui uirtutem summū bonorum esse dixerunt in hoc lapsi sunt: qđ animum solum tuentes corpus omiserunt: Qui uoluptate corporis felicitatem metiuntur animum incultū ac ueluti pedisequū reliquerūt. Qui uero ex animi & corporis ac fortunę bonis felicitatem constituerunt: hū ueritatem ipsam propius inspexerunt: eorumq̄ sentētia tanquam optima uerissimas q̄ comprobatur: bona aut̄ animi uirtutes sunt: & hec loge magis honoranda q̄ corporis ac fortunę bona Anima enim ut iquit uerissime Aristoteles in septimo politicorum preciosior ē corpore & pecuniis. Externa autē gratia animi expetuntur: non autē animus gratia illorum: principatū inter bona animi obtinet prudētia: quę est cunctarum regina uirtutum ut ait. Plato: hæc circa humana uersatur: ut docet Aristoteles in. vi. Ethicorum: undē Anaxagoram &. Thalem sapientes fuisse dicunt non prudētes: qui p̄pria cōmoda ignorarunt: & patrimonia cōtempserunt. Socrates uirtutes omnes putabat esse prudētias: cetera uirtutes ut iustitia: quę lucifero mirabilior existimatur: ut fortitudo: quę p̄pria uiri uirtus est: ut temperantia: quę libidines obfrenat satis notę: & a nobis alio loco fusius explicata. Doctrinā & ipsa multiuga inter animi bona memoratur: quibus animus fit βεῖοτα τοῦ .i. diuissimus. Bona corporis sunt Validudo. robur pulchritudo: sine quibus non pōt eē uera felicitas: ex quo satis liquet diuitias nō esse summum felicitatis: cum bonam ualitudinem prestare non possint: meritoq̄ laudatur illud orationum.

Non domus aut fundus non aris aceruus & auri
 Egrotō domini deduxit corpore febres
 Non animo curas ualeat possessor oportet
 Si comportatis bene rebus cogitat uti.

Virtus quoq̄ sine ualitudie corpis nō satis fūgi officio suo potest: Animus. n. futuris corporis sustinetur: cū sit uas & ueluti organon ai ipsū corpus. Dixit Solomō nō ē census super censū sanitatis corporis. Vulgatissimus ē ille festiui poeta uersiculus uice puerbū celebratus. Non est uiuere. Sed ualere ultra.

Apud Platonē in gorgia Cantio cōiualis celebratur: quam Cantores in cōiuiiis usurpāt ita cōcinentes: optimū quidē esse bene ualere: Secūdo loco formosum esse. Terrio habere diuitias bono mō partas. Idem mox paulo nihil inquit sanitate est melius. Hec. M. Varro primigenia; naturā appellat: Alii; prima naturā. greci De quibus. M. Cicero & Aurelius Augustinus non parum multa p̄diderunt. Academici & peripatetici ut pote p̄horum nobilissimi p̄bant hec prima naturā: in q̄bus numerant incolumitatē: ualitudinē: sensus integros: doloris uacuitatē: uires: pulchritudinem: quorum cōsimilia sunt in animo. Sine pulchritudine non potest eē absoluta felicitas. ideoq; dixit Aristoteles q̄ nō satis idoneus ē ad felicitatem hō penitus deformat. Est. enī forma dei munus: & ut inquit Homerus

Deorum dona gloriosa nequaq; aspernanda. Verum ad hāc corporis incolumitatē firmitudinemq; custodiēdam: utpote rem reḡ oīum pretiosissimā Inuenta sunt innumera medicina: tot Cerata: malagmata: emplastra: collyria: antidota: cataplasmata Excogitata sunt tot catapocia: tot pharmaca: tot medicatae portiones inuētae Cōpositiones & mixturae inexplicabiles circūferuntur: quin & medicina a rubro mari atq; ex India petiit: ut ita fiat p̄ciosior: meritoq; scripsit Plinius noster unā hāc artium iperatoribus quoq; iperare nullamq; esse medicina fructuosiorē. Verū scito plus quotidianas exercitatiōes ad sanitatem prodesse q̄ medicos q̄ medicinā: exercitacione. n. ut ait Fabius Quintilianus cū cetera conualescūt. Sine qua ut inquit Galenus ipossibile ē hominē sanitate p̄sperrima diu frui: Et ut auctor ē Auicenna ad sanitatis cōseruationem plurimū potest polletq; exercitatio: cuius multae sunt species. Galenus exercitacionē paruā pilae reliqs antepōnit Cōmode etiā exercēt ut docet Cornelius Celsus cursus ambulatio: & clara lectio: qua nos p̄pe peculiariter utimur: quotidie publicis lectiōibus cōtentissime boātes: & rauim exerta uoce repurgātes. Plato & Aristoteles gymnasticā cū primis p̄bant: qua uires augefūt: & sanitas iōffesa custodit. precipit Aristoteles i uiti. polity. Adolefcētes gymnasticā & pedotriūicā eē tradēdos: Vbi pedotriūica: ut hoc quoq; intrāscursu declaremus significat exercitatio prinēs ad doctorē pedotriūicē at̄ pedotriues ut docet Pla. in li. de p̄bia exercitacionis magister: cuius officium est ut idem tras-

na cōiualis
Primū bene ualere.
Primi genia natura.
Pulchritudo dei donum.

Malagmata
Catapocia.

Nulla ars medicina fructuosior.
Exercitatio.
Auicenna
Galenus.
Celsus
Clara lectio
nostra exercitatio.

Plato p
bar gim
nasticā.

Penta
thlon.

Quin
quertiu

Pancra
tiasfes.

Pancra
tium.

Siplex
cibus fa
luberrī
mus.

Hippo
crates:

Verfus

memo
ria di
gni.

Bona
fortūa.

Scitu di
gnū de

fortuna

dit i gorgia Corpora hominum formosa robustaq; efficere Idē
Plato adeo gymnasticam probauit: ut libro de re publica quinto
feminas gymnastica exercendas esse censuerit: qui libro septimo
de legibus gymnasticæ nomine exercitationes omnes bellicas cō
tineri docet: eamque diuidit in saltationem & lucrationem: prisci
pētathlon nominauerunt Genus exercitationis hī s quinq; arti
bus constans: iā estu disci: cursu: saltu iaculatione: & lucratione: id
latini quinquertium uocant: Vnde athletæ ipsi quinquertiones
dicti: pancratiasfē quoq; appellauerunt eum: qui in omni gym
nastica exercitatione pugnaret & uinceret: & pancratium dixerūt
ipsum multiforme certamen de quo ita propretius.

Et patitur duro uulnera pancratio.

Pancratii meminit iuriscōsultus titulo ad legem aquiliam his
uerbis: Si quis in colluctatione uel in pancratio uel pugile: dū in
ter se exercentur alius alium occiderit: quo in loco mera deliramē
ta uigilans somniauit acursus: De Pancratio copiosius fufiusque
a nobis scriptum est in cōmentariis propretianis. Ergo igitur
ad bona corporis custodia utemur exercitatione: q̄ ut ait Cor
nelius celsus prima corporis curatio est: debetq; semper antecede
re cibum in eo qui bene concoxit: amplior: in eo qui minus con
coxit remissior. Valitudinem quoq; durabilem prestat ipsa frus
galitas & uictus parsimonia. Simplex enim cibus homini utilissi
mus: E contrario aceruatio saporum pellifera & cōdimenta p̄niti
osiora. Hippocrates i libro de flatibus malam dietam uocat: quæ
confit ex pluribus cibariis multiformiq; alimonia: Nam ut iquit
decenter & frugaliter Oratius. Simul assis.

Miscuetis elixa: simul conchilia turdis:

Dulcia se in bilem uertent: stomachoq; tumultum

Lenta feret pituita.

Bona externa: q̄ uocant: ut sūt diuitiæ: & honores: q̄ uitā b̄tissi
mam p̄ficere existimantur: in manu sūt ac p̄tate fortunæ: hec toto
mundo: ut inquit elegāter Pli. Et locis oibus oibusq; horis oium
uocibus sola inuocat: & una nominat: una accusatur: una agit: rea
una cogitur: sola laudat: sola arguitur: & cū cōuictis colitur: uolu
bilisq; a plerisq; & ceca etiā existimatur: Vaga: inconstans: incer
ta: uaria: ind̄ignorūq; faurix: huic omnia expensa: huic oia ferun
tur accepta: & in tota rōne mortalium sola utraq; paginam facit.

Hanc fortunā deam: qua reuente nihil secūdu mortalibus cōtin
gere pōt: Vario ritu multiugis nominibus totus ueneratur or
bis: Alii Rhānusiā Alii nemesim: Nortia alii: Sortē alii nūcupāt.
Tyche grecia omnis appellat. A fortuna fortunatos dicimus
felices: quasi fortuna alūnos aut filios: cui tantū tribuere ueteres
romani ut sexcētis tēplis totidē q cognomentis fortunam uene
rarentur. Nāq romā colebatur fortuna cognomento primige
nia. Viscata. Pusilla. Fortis. Mascula. Cōuertens. Bene sperans.
Virgo barbata: Sicuti plutarchus docet in pblematis & in libro.

i. de fortuna romanorum: Hinc Plutar
theophrastus scripsit in suo Calistene. Vitā regit fortuna non sa
pientia. Plautus quoq sic ait in pseudolo: Centum doctorum ho
minum consilia hec deuincit dea fortuna: atq hoc uerum ē: perin
de ut quisq fortuna utitur: ita precellet atq exinde sapere eū om
nes dicimus. Magnam inquit. M. tullius eē fortunā uim in utrā
q partem quis nesciat: Nam & cum prospero flatu eius utimur ad
exitus perueniemus optatos: & cū reflauerit affligimur. Simula
Lactārius li. iiii. diuinarum institutionū: tanq & hec opes tribuat:
& humanarum regū regimē obrineat: cui opinioni Virgilius quo
q subscribit: q fortunam omnipotentem uocat. Et Salustius erū
spus cum ait: Sed pfecto fortuna in omni re dominatur: hęc dea
ut inquit Oratius pollens ē uel imo tollere de gradu mortale cor
pus. Vel supbos uertere funeribus triūphos. Et ut ait Ouidius.
Nempe dat & quodcūq libet fortuna rapitq.

Tanta deniq ē uis atq potētia fortuna: ut ei locū in celo quo
q fecerint: quintus. n. ab horoscopo locus appellatur bona fortu
na ut docet Iulius firmicus in secūdo matheseos greco uocabulo:
Agathotyche nūcupāt: q maxima societate cū horoscopo iungi
tur: qa de trigono ab horoscopo uidetur: sextus uero locus mala
fortuna noiāt: qa nulla cū horoscopo societate cōiūgitur. Ergo
Igit cū sint tria gna bonoꝝ: Ai: corporis atq Fortuna: Hęc ut ait
Aristo. in. vii. politici. oportet adesse felici: Felicitas. n. & uita bea
ta cumulat ex cumulo plenitudineq: Itōq bonoꝝ: q quanto fue
rint cumulatora tāto fiet homo beator: & ita erit uita beata bea
tor beatissima secundum academicos. Stoici uero hos gradus ex
cludunt: apud quos nihil ē rectius recto: nihil beatus beato. Bos

Rham
nusia.
Nortia
Tyche
Nomi
na for
tunā cō
pluria.

Plutar
chus de
fortuna

Simula
chrū for
tunā.
Lactan
tius.

Agathe
ryche.
Mala
fortuna

Libra
critolai

Exēpla
felicū
ifignia
Felici
tas me
telli.

Infortu
niū me
telli.
Alteri
us me
telli pro
fperitas
Calami
tas me
telli.

An au
guſtus
felix.

na aut animi haud dubie cenſemus reliquis antepōnda pbamus
libram illā Critolai: qui cum in alteram lancē animi bona impo
nat in alterā corporis & externa: tantū ppendere illā bonorū ani
mi lancē putat: ut terrā & maria deprimat. Superest ut ueſtiges
mus exemplis an in ullo mortaliū cumulata fuerint simul hec oia
bona ut merito felix & eſſe & dici meruerit. Lucius metellus pōti
fex. Conſul. dictator: magiſter equitum: qui primus elephantos:
primo bello punico duxit in triumphū: decem maximas res opti
masq; conſummaſſe fertur: Fuit enī primarius bellator: optimus
orator. fortiſſimus iperator. Auspicio ſuo maximas res geri uolu
it: maximo honore uti: ſumma ſapientia eē ſummus ſenator ha
beri: pecuniam magnā bono mō inuenire multos liberos relinq
re & clariffimus in ciuitate eē. Sed quāuis hec oia illi unī contige
rint nec ulli alii poſt urbem conditā: felix tamen dici non debet: ſi
quidē is Metellus orbam luminibus exegit ſeneſtam Amiffis in
cendio: cū Palladium raperet ex templo dea uelēt. Huius quoq;
nepos inter rara felicitatis humanæ exempla numeratur: Nam p
ter honores ampliffimos cognomen quoq; macedonici a quatuſ
or filiis illatus eſt rogo: uno pretore tribus conſularibus: duobus
triumphalibus: uno cenſorio: quæ ſingula paucis contingere: Vn
de a. M. Tullio dictum eſt. ueluti puerbialiter: Metelli ſperat ſibi
quiſq; fortunam. Sed quis hunc iure felicem dixerit: cum pericli
tatus ſit ad libidinē inimici Catini Labeonis. tri. plebis: a quo in
ipſo dignitatis ſuæ Flore ad tarpeium ſaxum raptus ē ut precipi
taretur: faucibusq; intortis & expreſſo per os ſanguine Egre alte
rius tribuni interceſſione a limine ipſo mortis reuocatus: Alieno
beneficio poſtea uiuit. Diuum quoq; Auguſtum uniuerſa mor
talitas in hac felicitas cenſura nuncupat: qui cū Caium ex filia ne
potem in armeniā mitteret: optabat a diis immortalibus: ut illum:
Pompeii beniuolentiā. Alexātri magni audacia: & ſua ipſius for
tuna ſubſequeretur. Sed ſi diligēter eſtimetur cuncta nō pauciora
infortunitatis: q̄ beatitatis documenta in eo reperientur. Inter q̄
cū primis numerari poſſunt hec. Repulſa in magiſterio equum
apud auunculum Ceſarem triduana egroti latebra in palude phi
lipēſi flio Et ut fatentur Agrippa & Mecenas aqua ſubter cutem
ſuſa turgida latera. Naufragia ſicula. Ruinæ pōti: tot ſeditōes m

litū tot ancipites morbi corpis **Vulgatissima Iuliaz filia neptisq;**
 adulteria aliaq; nō pauca ifortunia: Ex qbus fit ut infelix qdē dici
 non debeat: felix tamen eē non possit. In hac felicitatis reputa
 tione subit inclytum **Cresi** Lydorum regis exēplum: qui cū the
 sauris opibusq; luculentissimus & omnibus fortunæ bonis exube
 raret: se oīum mortaliū beatissimum eē existimabat: ad quē cum
 peruenisset **Solon** atheniensis unus ex septem Græciæ sapiētibus
 hospitaliterq; in regiam exceptus iussu cresi a ministris circundu
 ctus ē circa thesauros omniaq; quæ mortales perinde ac beatissis
 ma admirātur: Post hæc **Cresus** **Solonem** sciscitatur ecquē uide
 rit iā omnium beatissimū: sperans uidelicet se inter homines bea
 tissimū esse. Ista percontabatur: tunc **Solon** ut pote p̄hs ab omni
 assentatione sequeltratus respondit se uidisse beatissimū **Tellum**
 atheniensem: quod illi in patria bene instituta filii erant honesti
 & boni eorumq; singulis liberi hīq; omnes superstitēs. Et cū hoc
 uitæ quantum in nobis firum ē bene traduxisset obitus splendē
 dissimus cōtigerat siquidem prelio uiriliter dimicās hoste in fugā
 uerso pulcherrimā oppetierat mortem quē athenienses i eo quo
 occubuerat loco publice humauerunt magnificeq; honorauerunt
 Itē **Cresus** iterrogat quē nam secundū a **Tello** uidisset putans
 haud dubie secundas se beatitatis partes esse laturū: tunc **Solō** **Cle**
obem iquit & **Bithonem** beatissimos uidi: quibus genus argiū
 erat & uictus suppeditabat: ad hec corporis robur excellēs: ut in
 certaminibus pariter ambo uictores extiterint pietate quoq; in
 matrem memorabiles: Nam cum dies festus **Iunonis** apud argi
 uos esset: oporteretq; oīno matrem eorum utpote sacerdotem ad
 solēne & statutum sacrificium curru uehī ab oppido ad fanum sta
 dia circiter quinq; ac quadraginta: morarenturq; iumenta: tūc iū
 uenes hī iugū subeuntes bouum uice plaustrum pertraxerūt: & ita
 mater sacerdos aduecta ad delubrum **Iunonis** est curru a filiis du
 ctō: quæ precata deam dicitur: ut **Cleobi** & **Bithoni** filiis suis da
 ret id quod optimū hominī dari posset a deo: post hanc p̄cationē
 ubi sacrificat ut epulati cum matre somno se dederunt: nec ampli
 us sunt excitati. Sed in ipso delubro quiescentes mane inuenti sūt
 mortui quorum statuas tanquam uirorum: qui optimi extissent.
Argiui apud delphos collocarunt: & his quidem **Solon** secundas

Exēplū
Cresi &
Solonis

Tellus
 beatissi
 mus.

Cleobis
Bithon
 in nūe
 ro bea
 torum.

Iumēto
 rum uī
 carii

Mors
cleobis
 & bitho
 nis.



Nemo
beatus
ante obi-
tum.

Cresus
exutus
regno
& captus

Iuena-
lis.

Onidi-
us.

beatitudinis partes tribuebat: ex quo Cresus conturbatus inquit
o hospes atheniensis adeo ne tibi pro nihilo contemnitur nostra
felicitas: ut ne priuatis quidem uiris nos equiperandos ducas: tunc
Solon neminem ante obitum appellandum esse beatum graui-
ter ac copiose esse disseruit: asseruitque hominē esse calamitosum:
Cum nullus humanæ uitæ dies rem prorsus talem qualem alius
afferat: & in diurno tempore multa uideantur: quæ nemo uellet
uidere: & multa tolerantur: quæ nolit quisquam tolerare. Senten-
tiam Solonis fuisse uerissimam ipsius Cresi exitus comprobauit
qui haud ita multo post magno imperio spoliatus & a Cyro ca-
ptus: super ingentem pyram impositus: uinctus compedibus est:
ut uiuus concremaretur: Cui in tanta calamitate posito uenisse i-
mentem Solonis serunt: quod sibi ab eo olim dictum foret ex ui-
uentibus beatum esse neminem: tunc cresus ingemiscens ter solo-
nem nominasse sublatissima uoce proditur. Admiratus ob hoc
Cyrus iussit interpretes percontari: quisnam hominum aut de-
orum is esset Solon: quem in dubiis casibus solum imploraret. At
Cresus nihil dissimulans cuncta: quæ a Solone audiuerat renar-
rauit: quæ ubi ad Cyrum perlata sunt: tunc rex ille ut pote qui sa-
pientior esset quam Cresus: & Solonis oraculum ex presentibus
exemplis comprobatum esse conspiceret: non solum cresum mis-
sum fecit: sed summo etiam honore quo ad uixit apud se habuit:
ex quo uisus est Solon eadem oratione alterum seruasse ex regi-
bus. Alterum cautiorem prudentioremque reddidisse. Auctores.
Herodotus Plutarchus. Marcus Cicero. & ceteri: ob hoc dixit po-
eta satyricus.

Et Cresum: quem uox iusti sacunda Solonis

Respicere extremæ iussit spatia ultima uitæ.

Hinc exiit illud Nasonis.

Sed scilicet ultima semper

Expectanda dies homini est dictaque beatus.

Ante obitum nemo supremæque funera debet:

Aristoteles tamen huic Solonis sententiæ alacriter reclamare
refragatur: qui ait in primo ethyrorum beatos dici uiuentes cum
felicitas operatio sit.

Ceterum si uerū facere iudicium uolumus ac repudiata omni for-



tunæ ambitione decernere: mortalium nemo est felix: Abunde igitur
atque indulgenter fortuna deciditur cum eo: qui iure dici non infelix potest. Nemo
quippe ut omnia bona astatim suggerantur certe ne lassescat fortuna
na metus est: quo semel recepto solida felicitas esse non potest: me
ritoque Chrysippus laudare solebat Euripideum carmen illud. Ne
mo mortalium est: quem non attingat dolor morbumque: & ut inquit Carmē
uerissime Plinius: quod multos accepta afflixerit iperitiam: quod multos bo
na perdidit & ultimis miserere suppliciis: Ita est profecto alius de
alio iudicat dies: & tamen supremus de omnibus: ideoque nulli cre
dendum est: quid quod incertum ac fragile est hoc munus naturæ: quæ
quid datur nobis: quid quod extimatione nocturnæ quietis dimi
dio quisque spatio uitæ suæ uiuit: pars a qua mortis similis exigitur
Nec reputantur infantiam anni: qui sensu carent: nec senectam ipe
nam uiuacis. Adde tot periculorum genera: tot morbos: tot metus:
tot curas totiens inuocatam mortem ut nullum frequentius sit uo
tum. Natura uero nihil hominibus breuitate uitæ prestiterit melius. he
bescunt senio sensus membra torquentur premoritur uisus audi
tus incessus dentes etiam ac ciborum instrumenta labascunt. Et tamen
uitæ hoc tempus annumeratur ergo pro miraculo Et id solitariū
reperitur exemplum Xenophilum muscū centum & quinque an
nis uixisse sine ullo corporis incommodo. Itaque censeo optandum
esse orandumque ab ultramundano deo ut quoniam nemo morta
lium felix est ita nos foueat ne infelices dici iure possimus. Sed iam
complicanda sunt uela ac inhibendi remi & receptui canendum est.

Audistis pauca quædam Viri splendidissimi opinor non ingra
ta super felicitate plura scio dici potuisse & copiosius & elegantis
us sed parcendum fuit aurium fastidio In hac enarratione mon
strauimus inter cetera quosdam sensisse illos esse felices qui ocio
rusticano fruerentur quo circa ut ex aliqua parte participes huius
sæ felicitatis efficiamur. Enarrabimus publico gymnasio Virgii
lium & Columellam duos agricolæ conditores luculentissi
mos. Alterum uersu Alterum pedestri orationem rem rusticam
elegantem & graphice explicantes. Nos uero pro uirili parte dabi
mus operam ut lectiones nostræ dapibus rusticis & urbanis iu
xta conditæ sint hoc est utilitate & uoluptate saturos reddant au
ditores. Videor meo iure institutoque prope solemniter facturum. si
orationem uersiculis clusero.

Nemo
felix.

Carmē
Euripi
dis

Supre
mus di
es iudi
cat de
oibus,

Hebetā
tur se
nio sen
sus.
Xeno
philus
sanissi
mus.

Distichon ad auditores extemporaliter effusum

Felix cui cōstāt bona corporis & bona mentis
Nec non fortuna mūnera parca dca.

Endecasyllabō ad illustrissimum Ioan. Bētūolū.

Felix o nimis & beate princeps.
Cuius presidio est beata felix
Pollens felsina: Nos sumus quieti.
Hoc pro te superos libens precabor:
Vt donent tibi nestoris senectam:
Augulti decus: & uicem metelli.
Sit natis quoq; faustitas parentis:
Pro me hoc debeo te rogare princeps
Vt molli foueas pium clientem
Afflatu niuex beatitatis.

Eiusdē Endecasyllabon ad Germaniam.

O Germania muneris repertrix:
Quo nil utilius dedit uerustas:
Libros scribere qua doces premendo.
Felix frugibus: inclyta & metallis:
Et diues pecoris feraxq; gemma:
Quod glessum uocitant tui parentes:
Electrum atrica: Succinum latini.
Pollens principibus potens uirorum.
Qui glaucis oculis comaq; flaua.
Grandes corpore spiritu feroces.
Septi robore prodigiq; uitæ
Hostes aggrediuntur & lacessunt.
O germania gloriosa salus:
Tu uasa ex oricalcho & apparatus
Mensarum nitidum ære machinasq;
Ad nos belligeras subinde mittis.
Abste turba uenit scholasticorum,

Hoc qui gymnasium excolunt optima
Iam doctum & latialiter sonantes
Tis nuper quoq; regulos badenses
Lautos magnificos probos dedilli.
Inter quos Iacobus enitescit.
Lingua dexteritate comitate
Cultu mundiciis nitore uictu.
Clarus munificus potens disertus.
Splendorq; & columen scolasticorum.
At Germania præpotens alumnos
Ad nos consimiles subinde mitte

FINIS.

Opusculum hoc de felicitate Iuculētum
impressum Bononiæ incude egres
giis caracteribus excussū āno
salutis. MCCCCC. II.
die. xxx. Iunii.

A B C Omnes sunt duerni. Preter.
D qui est ternus.

L A V S D E O .



Handwritten text in a medieval script, likely a list or account. The text is written in a dark ink on aged, yellowish parchment. The script is a cursive Gothic hand, characteristic of the 12th or 13th centuries. The text is arranged in approximately 30 horizontal lines, with some lines appearing to be part of a larger entry or list item. The characters are somewhat stylized and compact, typical of the period. The parchment shows signs of wear, including some staining and discoloration, particularly towards the bottom and right edges. The text is written in a single column, with some lines starting with a small red initial or marker, though it is difficult to discern clearly. The overall appearance is that of a historical document, possibly a ledger or a record book.

